

TRACTATUS
DE VTRAQUE
HOMINVM DISPOSITIONE

Inter viuos, & in morte,
SIVE COMPENDIOSA PRAXIS
Contractuum, Vltimarum Voluntatum,
& de Sepulturis.

A V T H O R E
R. P. D. ANDREA MOLFESIO CLERICO REGVLARI,
Doctore Theologo, ac V. I. Professore.

OPVS CVRIOSVM, ET VTILE OMNIBVS IN VTROQUE
foro versantibus apprime necessarium.



NEAPOLI.

Ex Typographia Lazari Scorigij. MDCXXII.

Num. AA. cas. I.
Num. 21. . .



D. ANDREAS PISCARA CASTALDVS
Præpositus Generalis Congregationis Cleri-
corum Regularium.

Facultatem concedimus, ut hic Tractatus de Contractibus, & Ultimis voluntatibus, & Sepulturis à D. Andrea Molfesio V. I. ac Sacræ Theologiæ Doctore nostræ Congregationis Sacerdote, compositis, & eiusdem Religionis grauium virorum iudicio earundem professionum approbatus, typis mandetur, si ijs ad quos pertinet videbitur. In quorum fidem has litteras nostra manu subscriptas, & nostræ solito Congregationis sigillo munitas dedimus. Neapoli apud S. Paulum die 28. mensis Iulij M.DC.XIX.

D. Andreas Præpositus Generalis.

D. Angelus Maria Secretarius.

I N D E X C A P I T V M.

DE CONTRACTIBVS.

D E Dominio, & qualiter differat à potestate. cap. 1.	fol. 1
Penes quos sit dominium, & quarum rerū. c. 2.	11
De Rerum diuisione, & acquirendo ipsarum dominio. c. 3.	16
De Contractibus in genere. cap. 4.	45
De Emptione, & Venditione. cap. 5.	59
De Censibus. cap. 6.	79
De Cambijs. cap. 7.	93
De Locatione, & Conductione. cap. 8.	106
De Emphyteusi. cap. 9.	112
De Feudo. cap. 10.	117
De Societate. cap. 11.	121
De Mandato. cap. 12.	128
De Mutuo. cap. 13.	137
De Commodato. cap. 14.	139
De Deposito. cap. 15.	143
De Dote. cap. 16.	149
De Donatione. cap. 17.	153

De Pignoribus, & Hypothecis. cap. 18.	160
De Fideiussione. cap. 19.	168
De Contractu Affecuratonis. cap. 20.	178
De Laudo, & Sponsione. cap. 21.	181
De Gabellis, & Tributis. cap. 22.	191
De Vfaris. cap. 23.	208

DE VLTIMIS VOLVNTATIBVS.

D E Vltimis Voluntatibus in cōmuni. c. 1.	215
De Testamentis. cap. 2.	219
De Codicillis. cap. 3.	247
De Fideicommissis. cap. 4.	251
De Legatis. cap. 5.	258
De Donatione causa mortis. cap. 6.	276
De Mortiscausā capione. cap. 7.	278
De Sepulturis. cap. 8.	ibid.
De Iure Quarta. cap. 9.	185
De Tutoribus, & Curatoribus. cap. 10.	191
De Executoribus vltimarum voluntatū. c. 11.	296
De Successionibus ab intestato. cap. 12.	299

S V M M A E M O L F E S I I

P A R S S E C V N D A.

T R A C T A T V S P R I M V S,

& totius operis duodecimus.

D E C O N T R A C T I B V S

P R A E F A T I O.



SEQUENDO ceptum institutum, explicabimus duodecimo loco tractationem de Contractibus; quam quidem materiam in quatuor dividemus partes. In prima dicemus de acquirendo rerum dominio. In secunda de Contractibus in genere. In tertia de Contractibus nominatis, & innominatis. In quarta de gabellis, & usuris: Et in singulis partibus non solum explicabimus naturam Dominij, & Contractuum; sed etiam agemus de personis, quæ validè dominium habent, acquirere possunt, & contrahere, censusq; constituere; & quando teneantur gabellas solvere, vel dicantur usuras committere; & insimul quasdam iuridicas voces explicabimus.

Incipimus hac die 14. Octobris 1619. qua Natalem celebramus Sanctæ Fortunatæ Virginis, & Martyris, quæ Cæsareæ in Palæstina Anno Domini 290. vna cum Sanctis Carponio, Euaristo, & Prisciano fratribus martyrium pro Christo passa est; quorum Reliquiæ, Adriano primo Summo Pontifice, & Stephano secundo Episcopo Neapolitano, ad hanc fidelissimam Civitatem translatae sunt, & conditæ in Monasterio Sancti Gaudiosi, ut ex Codicibus manuscriptis novissimè reassumit Pater D. Antonius Caracciolus noster in eorundem Sanctorum Officio. Et patrocinio huius Fortunatæ Virginis fortunatè incipimus, prosequemur, & complebimus secundam partem huius Promptuarij, ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, Beatissimæ Virginis MARIÆ, Beati Caietani, & totius triumphantis Curiae. Amen.

De Dominio, & qualiter differat à Potestate.

Cap. Primum.

DE Dominio agitur ff. de acquir. rer. domin. & sæpè aliàs in toto Corpore Iuris Civilis, prout constabit in explanationibus; sic etiam plures Theologi agunt, quos cumulant Gregorius Sargus lib. 9. Clau. Reg. initio, Leonardus Lessius lib. 2. de iust. & iur. cap. 3. Valerius Reginaldus lib. 25. sue prax. for. poenit. Ioannes Maldenus 2. 2. in trail. de dominio q. 57. & seqq. Dñs Thomas, Iodocus in suo Thesaur. Theolog. in verb. dominium, & plures alij recentiores.

Vnde dicatur dominium?

- 1 Dicitur à dominando, quia dominium habens, dominatur in illa re, explicatur nu. 12.

Quid est dominium?

- 2 Est ius de aliqua re corporali perfectè disponendi, nisi quid vi, aut iure prohibetur. à num. 13. ad 19.

Quotplex sit?

- 3 Duplex, vnum naturale, quod à natura habet pater in filios, maritus in uxorem, Rex in vassallos, & sic de alijs; Alterum legitimum, quod consideratur in rebus; & hoc vel est

plenum, siuè perfectum, dum quis simul habet proprietatem, & commodum rei: vel est imperfectum, siuè directum, dum habet solum proprietatem, sed commodum rei est pennis alium, à num. 19. ad num. 30.

De quo iure sit dominium?

- 4 Naturale descendit ab ipsa natura; legitimum verò partim est à Iure gentium, & partim à Iure Civili, num. 22.

An titulus dominij differat à dominio?

- 5 Quidam DD. Parisienses dicunt, esse idem: sed communis opinio negat, ut titulus sit

A radix,

TRACTATUS PRIMVS DE CONTRACTIBVS. D. ANDREAE MOLFESII V.I. ac Sac. Theolog. Doct.

P R A E F A T I O.



SEQVENDO ceptum institutum, explicabimus duodecimo loco tractationem de Contractibus; quam quidem materiam in quatuor diuisimus partes. In prima dicemus de acquirendo rerum dominio. In secunda de Contractibus in genere. In tertia de Contractibus nominatis, & innominatis. In quarta de gabellis, & v'suris: Et in singulis partibus non solum, explicabimus naturam Dominiij, & Contractuum, sed etiam agemus de personis, quae valide dominium habent, acquirere possunt, & contrahere, censuſq; constituere; & quando teneantur gabellas soluere, vel dicantur v'suras committere, & insimul quasdam iuridicas voces explicabimus.

Incipimus hac die 14. Octobris 1619. qua Natalem celebramus Sanctae Fortunatae Virginis, & Martyris, quae Caesarea in Palestina Anno Domini 290. vna cum Sanctis Carpon o, Euaristo, & Prisciano fratribus martyrium pro Christo passa est; quorum Reliquiae, Adriano primo Summo Pontifice, & Stephano secundo Episcopo Neapolitano, ad hanc fidelissimam Civitatem translatae sunt, & conditae in Monasterio Sancti Gaudiosi, vt ex Codicibus manuscriptis nouissime reasumit Pater D. Antonius Caracciolus noster in eorundem Sanctorum Officio. Et patrocinio huius Fortunatae Virginis fortunatè incipimus, prosequemur, & complebimus secundam partem huius Promptuarij; ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, Beatissimae Virginis MARIAE, Beati Caietani, & totius triumphantis Curiae. Amen.

De Dominio, & qualiter differat a Potestate. Cap. Primum.

DE Dominio agitur ff. de acquir. rer. domin. & saepe aliàs in toto Corpore Iuris Ciuilis, prout constabit in explicationibus; sic etiam plures Theologi agunt, quos cumulant Gregorius Sayrus lib. 9. Clau. Reg. intro. Leon. ordus Lessius lib. 2. de iust. & iur. cap. 3. Valerius Reginaldus lib. 23. sua praex for. p. 101. Ioannes Malderus 27 in tract. de dominio q. 57. & seqq. Dni Thomas, Iacobus in suo Thesaur. Theolog. in verb. dominium, & plures alij recentiores.

Vnde dicatur dominium?

- 1 Dicitur a dominando, quia dominium habens, dominatur in illa re, explicatur n. 12.

Quid est dominium?

- 2 Est ius de aliqua re corporali perfecte disponendi, nisi quod vi, aut iure prohibetur. a nu. 13. ad 19.

Quotuplex sit?

- 3 Duplex, vnum naturale, quod a natura habet pater in filios, maritus in uxorem, Rex in vassallos, & sic de alijs: Alterum legitimu, quod consideratur in rebus; & hoc vel est

plenum, siue perfectum, dum quis simul habet proprietatem, & commodum rei: vel est imperfectum, siue directum, dum habet solum proprietatem, sed commodum rei est penes alium, a nu. 19. ad nu. 30.

De quo iure sit dominium?

- 4 Naturale descendit ab ipsa natura, legitimu verò partim est a iure gentium, & partim a iure Ciuili, nu. 21.

An titulus domini differat à dominio?

- 5 Quidam DD. Parisienses dicunt, esse idem: sed communis opinio negat, vt titulus sit radix,

A radix,

ritate iualidè disponente, vt C. de auctor. praestand. & saepe alias: Quod tempus de iure Regni huius est ad decimum octauum completum, vt in Constit. minorum iuraz: & ideo ad Galat. 4. dicitur, *Quanto tempore heres parauit esse, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnia; sed sub auctoribus, & tutoribus est usque ad tempus praestitum à patre.* Itaque dominium habent, sed non administrationem.

22 Si vero essent furiosi, etiam dominium bonorum suorum haberent, sed quia carent usu rationis, administratio bonorum suorum est penes curatorem, vt tot. tit. C. de curat. furios. & similiter iualida esset dispositio ipsorum, vt eodem titulo habetur, si conuenius, & auctoritas curatoris non interueniret.

23 Denique si maiores sint, sed essent prodigi, quia scilicet prodigialiter bona sua dissiparent, vt in l. 1. ff. de curat. furios. Malcard. in verbo. prodigus: tunc similiter retinet dominium bonorum suorum: sed interdicta est illis administratio eo ipso, quod prodigi sunt, l. Fulcinius, d. a. d. c. ff. ex quibus cauam potest. car. quam materia latius explicat. Rousin. in pragm. 4. de instrum. liquidat. & dicemus aliqua c. 4. m. 1. r. & seqq.

24 Igitur huiusmodi personae, quamuis careant usu rationis, & libero arbitrio, tamen habent dominium suum certum, quod immediate fundatur in potentia, quamuis impedita sit ex aliquo accidente, cum etiam dormiens tale dominium retineat: quod dominium vocatur habentiale: & impedimentum usus rationis solum facit, vt bona ipsorum administrantur per alios: quia Reipublice interest, ne quis re sua male utatur, sed & maior utilitas his, qui sunt sui, vel alieni iur. & saepe alias, vt latius post Victor. Salom. Molin. & alios, prosequitur Saye, d. c. 4. m. 8. & 9. notat etiam Less. d. c. 4. p. 6. vt Civilibus omitteremus.

DE DOMINIO FILIORVM PAM.

25 Sexta responsio indiget aliquali explanatione: quia habetur in varijs titulis d. vt de calit. pec. & alibi, C. de bon. quae liber. & saepe alias, Malcard. in tract. de probat. concl. 1138. post Sylor. Nauarr. & alios, Less. d. c. 4. m. 7. & seqq. Et pluries explicari ad Consuet. Neap. Est enim clara, & nota apud omnes diuisio peculij, de quo agitur in dicta responsione.

26 Peculium Castrense est, quod filius familias acquirit militia, vt sunt stipendia militum, & omnia bona tam mobilia, quam immobilia acquisita ex tali pecunia, vel militia, vt praedixi ex hostibus, & sic de alijs. Sic etiam si occasione militiae acquisita sunt, vt quia ab agnatis, vel cognatis, vel alio quolibet, si aofamilias, eunti ad Castra, vel degenti in militia, donatum fuerit aliquid, vel relictum in testamento, vt in l. 1. C. de castrensi. pecul. lib. 12. l. castrensi, ff. de castrensi. pecul. cū vulgaris alijs. Immo militia, vel dignitas empti per patrem filio, imputatur filio in legitimam, l. omnimodo, §. imputari, C. de iust. testam. vbi glossa, sic etiam Bald. nu. 3. Salic. num. 7. Castrensi. nu. 4. Bart. in l. 1. §. nec castrensi, nu. 6. ff. de collat. bonor. de Ponte decil. 28. nu. 38. in fine: qui hoc indistincte tenent: quando dignitas transmittitur ad heredes, sed examinare hanc quaestionem non est huius loci.

27 Quasi castrense peculium est, quod filius familias ingenio suo, & industria acquirit ad similitudinem militiae, vt ex possessione artium liberalium, vt sunt Lectores, Aduocati, Procuratores, Tabelliones, Iudices, Medici ex cura infirmorum: Clerici ex Sacerdotio, vel beneficio, vt de his habetur in l. sacrosanctae, C. de Episc. & cler. de Aduocatis disponitur in l. Aduocati, C. de Aduocat. dimissi. Iudic. De Tabellione explicauimus tom. 2. ad Consuet. Neap. par. 10. q. 13. nu. 8. & seqq. vbi de quo notario procedat, diximus, & de his peculij tā

inter viuos, quam in vltima voluntate possint ad libitum disponere, quia dominium, & usufructus ipsorum est, vt habetur locis citatis, & de testamentis dicitur tract. seq. & habetur in l. i. de iur. C. qui testam. facer. poss. Less. d. lib. 2. c. 19.

28 Peculium aduentitium est, quod obuenit filio ex prospera fortuna, vt ex bonis maternis, vel ex donatione, aut vltima voluntate, etiam extraneorum, & non intuitu patris, & in his bonis filius habet dominium, & usufructus est patris, l. cum oportet, C. de bonis, quae liberis, & tot. tit. C. de bon. matern. nisi tamen hac conditione sint bona filio relicta, vt patri non acquiratur usufructus, Auth. excipitur, C. de bon. quae liber. Vel nisi pater simul cum filio succederet fratri, vel sorori, quia tunc pater in portione filij non haberet viumfructum, Auth. defuncto, C. ad Tertull. gloss. in Auth. idem est in his, C. de bon. quae liber. quae alios enumerat casus, in quibus pater non habet viumfructum in bonis filij, vt etiam prosequitur Malcard. d. concl. 1138. nu. 18. & seqq. Less. d. lib. 2. c. 4. m. 10. & 11. & dum usufructus non est patris, inter viuos ad libitum disponit, nō tamen possunt testamentum facere, etiam consentiente patre, nisi tantum ad pias causas, c. licet pater, de sepultur. in 6. quod, vt diximus, explicabitur tract. seq. Dū vero usufructus est patris, nec inter viuos de hoc peculio disponere possunt, quia magis interest patri, vt propria auctoritate viumfructum capiat, quam de manibus extraneorum, vel eis consentientibus, l. 4. C. de bon. quae liber. ubi omnes.

29 Peculium profectitium est, quod provenit ex substantia patris, vel eius occasione acquiritur, non habita ratione personae, laboris, vel industriae filij, l. cum oportet, vbi gloss. Bart. & alij, Malcard. loc. citato, Less. d. c. 4. m. 7. in fi. & omnes alij, vt sunt illa bona, quae parentes concedunt filijs ad negociandum, vel quae eidem filijs donantur ab alijs, ob amicitiam, vel obsequium patris: & dominium huius peculij semper est penes patrem, nec filius potest de illo disponere, l. 3. §. sed vtrum, vers. proinde, ff. de minorib. l. i. ff. de iur. Malcard. d. concl. 1138. princip. nu. 20. & seqq. Iul. Clar. in §. fin. q. 78. Less. d. c. 4. m. 12. Ita ut publicatis bonis filij, nō publicetur hoc peculium, sed publicetur ob delictum patris, vt latius habetur locis cit. Sanch. lib. 3. tit. summus, c. 16. & seqq.

DE SERVIS, ET ILLORVM DOMINIO.

30 Septima responsio quod ad primam partem latius explicata fuit tract. 8. princip. c. 3. & 4. Nam seruus priuatur libertate, quod ad actiones exteriores, vt quicquid acquirat, dominus acquirit, vatem vobis, in ius, per quas person. nob. acquirit. Nec possunt facere contractus, vel vltimas voluntates, nec alia actiones exteriores exercere, quia respectu praedictorum actuum exteriorum caret libertate. At quod ad libertatem interiorij, liberi sunt, & sic sunt domini actionum suarum interiorum, quod ad meritum, & demeritum.

31 Igitur secunda pars explicanda est, & quod acquirat dominus, habetur locis citatis, sic etiam in his vestimentis, ff. de pec. vbi dicitur, seruus nec esse dominus vestimenti, quo induitur: nec possessionem illius habere, quia qui possidet ab alio, nihil possidere potest, & idē habetur in c. cum olim, de penul. vbi seruus, & monachus equiparantur, quia neque ipsorum alicuius rei dominium habet. Nam dum seruis, & monachis totum, quicquid est, domini est, quod ad actiones exteriores, vt dictum est: multo magis quicquid habet, & acquirit, domino acquirit: nam accessorium sequitur naturam sui principalis, c. accessorium, de reg. iur. in 6. l. 1. in

32 Est bene verum, quod seruus est capax naturalis possessionis, respectu rerum necessarium ad usum humanum, iuxta dicta cap. praeced. nu. 20. Ideo ob id es-

SECUNDAE PARTIS SUMMAE MOLLESII TRACTATUS SECUNDVS.

Et totius operis Tertiusdecimus.

DE VLTIMIS VOLUNTATIBVS.

Explicata materia Contractuum, sequitur tractatio de ultimis voluntatibus: de qua materia dicemus potioris prout ad Moralem Theologum spectare, iudicabimus. Et totum Tractatum diuidemus in infra scriptas partes. In prima dicemus de ultimis voluntatibus in communi. In secunda de testamentis, de personis, & bonis, ex quibus constat. In tertia de codicillis. In quarta de fideicommissis. In quinta de legatis. In sexta de donatione causa mortis. In septima de mortis causa capione. In octaua de sepulturis; & postea agemus de tutore, & curatore, ac de executore ultimarum voluntatum, & an, & qualiter commutari possint, & a quibus. Non oportet hic enumerare leges, & Canones, nec Auctores de his materijs pertractantes, quia in singulis capitulis id fiet.

De ultimis voluntatibus in communi. Cap. I.

De ultimis voluntatibus in communi multa tractant Simon de Praxis lib. 1. de interpr. ultimarum voluntatum, & Cardinalis Franciscus Asinensis lib. 1. de consell. ult. volum. prout pueri. 3. & seqq. vt retineamus alios. Et quia de voluntate plura dicta sunt tract. 8. c. 2. & 3. ideo pauca hic dicemus, prout spectant ad declarationem huius materie.

Quid est voluntas?

1. Est vis, seu facultas animi, qua bonum expectimus, & malum auerlamur, ducere ratione; (licet plures alias habeat descriptiones) explicatur nu. 6. 7. & 8.

Quot modi sunt?

2. Duobus, 1. pro ipsamet voluntate, quam supra descripsimus. 2. pro actu eiusdem voluntatis, hoc est, pro dispositione hominis, vt cum dicitur, Hec est voluntas donatoris, vt res fiat accipientis, &c. 3. pro habitu, vt est in descriptione iustitiae, quod sit constans, & perpetua voluntas. nu. 9. & 10.

Quotplex est voluntas?

3. Duplex. Vna remissa, sine coacta, consistens

in ijs, quae vi, vel metu sunt. Alia est integra, siue libera, qua sponte aliquid volumus, vel facimus. nu. 11. 12. 13. & 14.

Quid est vltima voluntas?

4. Est legitima dispositio facta a persona habili, de eo, quod post mortem suam fieri velit, nulla precedente reuocatione, & an. 15. ad 21.

Quot sunt species ultimarum voluntatum?

5. Quinque. 1. testamentum. 2. codicillis. 3. fideicommissum. 4. legatum. 5. donatio causa mortis. Et alij addunt sextam speciem, vt est mortis causa capio, num. 22. & seqq.

EXPLICATIONES PRAEDICTARVM RESPONSIONVM.

6. **R**ima responsio patet ex dictis tract. 8. c. 1. & 3. vbi explicatum est, tres esse potentes animae, Memoriam, Intellectum, & Voluntatem, & a se singularem potentiarum ibidem explicamus, vbi etiam de voluntate, & in voluntario diximus, vt ibidem videri potest. Et quamuis d. c. 3. nu. 18. dixerimus, volun-

tatem esse inclinationem naturalem animi, ad consequendum ea, quae intellectus cognouit sibi bona, & vitia; nihilominus coincidit cum descriptione hic tradita, quia inclinatio, vis, & facultas animi siue voluntas, & idem.

7. Dixi, quia bonum expectamus, quia voluntas velle non potest, nisi bonum: & licet quandoque velit in aliud, non vult vt malum est, sed appetit vt est sibi bonum, & taliter.

I N D E X RERVM OMNIVM NOTABILIVM,

quæ in hoc secundo Volumine continentur,

De littera A.

Abigeatur.

Abigeatus crimen quando committatur. tract. 13. c. 5. num. 124.

Abfens.

Abfentia non potest fieri donatio causa mortis, bene tamen legatum. tr. 13. c. 6. nu. 17. & quid de donatione inter vivos. Vide Donatio.

Acceptilatio.

Acceptilatio quid fit. tract. 12. c. 4. nu. 44.

Accessio.

Accessio accessionis non datur. tract. 12. c. 7. nu. 113.

Accessorium.

Accessorium sequitur naturam sui principalis. tract. 12. c. 4. num. 34.

Actio.

Actio ad præscribendam lessionem circa rem venditam, præscribitur spatium triginta annorum. tract. 12. cap. 3. num. 175.

Actio, quam habet Respublica aduersus retum suarum administratores, postquam sumptus, seu compensis sunt descripti, & subscripti, viginti annis præscribitur. d. c. 3. num. 176.

Actio aduersus heredes administratorum decem annis præscribitur. ibid.

Actio criminalis in omnibus criminibus accusandis præscribitur spatium viginti annorum aduersus partem offensam, non autem contra iudicem qui de iure Canonico ex officio potest contra diffamatum procedere, vel ei canonicam purgationem indicare, non obstante lapsu viginti annorum. d. c. 3. nu. 177.

Actio in crimine adulterij quoad poenam civilem, vel criminalem extinguitur lapsu quinquennij, non autem quoad diuortium perendum inter coniuges. d. nu. 177.

Actio iniuriarum præscribitur lapsu viginti annorum contra partem, non autem contra iudicem; quaquam male facit iudex procedendo contra delinquentem, si sit emendatus, quia ex emendatione cessat interesse partis, & Respublica habet intentum. d. c. 3. nu. 178.

Actio redhibitoria ad recuperandum pretium quædo error dedit causam contractui præscribitur spatium sex mensium, vel ad summum vnius anni: quod non procedit in foro conscientie, nisi bona fides intercesserit. d. c. 3. num. 180.

Actio quanti minoris quænam sit, & cui non detur. ibid. num. 181.

Actio redhibitoria, & quanti minoris datur cuilibet ementi contra emptorem, & infra quod tempus, & quando procedat de iure consuetudinario non scripto Cuius Neapolis. d. nu. 181.

Actio in foro exteriori multoties ex pacto nascitur, vel non nascitur. d. tract. 12. c. 4. nu. 30.

Actio mandati quando detur, & quando concurrat cum actione negotiorum gestorum. d. 12. c. 13. nu. 43. & 44.

Actione mandati, & negotiorum gestorum cessante, datur exceptio doli, ne quis cum aliena iactura lucretur. d. c. 12. num. 31.

Actiones transiunt ad heredes, & contra heredes. d. trac. 12. cap. 23. nu. 108.

Actus.

Actus faciens presumitur illum facere, & contrahere secundum leges disponentes de illo actu. tract. 12. c. 4. num. 33.

Actus internus soli Deo notus est: idcirco soli Deo qui per actum internum obligari potest, non autem homini. d. c. 4. num. 70.

Administratio, Administrator.

Administrationem bonorum suorum non habens, non potest ea iure locare. tract. 12. c. 8. nu. 43.

Administrator tutela ex quasi contractu obligatur tutelam diligenter exercere. tr. 12. c. 4. nu. 121.

Advocatus.

Advocatus patrocinium præstans feudatario, feudum habet obligatum pro patrocinio præstito. tract. 12. c. 12. num. 175.

Advocati, qui peccant vicio lingue, in articulo mortis solent loquelam amittere, ut in quo peccauerunt, puniantur. tract. 13. c. 2. nu. 58.

Ædificare, Ædificium.

Ædificare vnicuique licet, & Addicium, vique in cœlum tollere, nisi constet de seruitute aliud non tollendi. tract. 12. c. 3. nu. 13.

Ædificium etiam pretiosissimum solo cedit, & quare. d. 12. c. 3. num. 49.

Æqualitas.

Æqualia vni tertio, sunt æqualia inter se: & quomodo hoc procedat in valore pecunie in materia cambij. tr. 12. c. 7. num. 30.

Æquitas.

Æquitas benignam admittit interpretationem, & verba impropria, ut æquitas suum locum habeat, quia summum in summa ignitur dicitur. tract. 12. c. 4. nu. 60.

Act.

Act communis est, & vnicuique in eo licet ædificare, & ædificium usque in cœlum tollere, nisi constet de seruitute aliud non tollendi. tract. 12. c. 3. nu. 13.

Æstimum.

Æstimum, seu Denumeramentum quid sit, & qua de causa fiat. tract. 12. c. 6. nu. 7. Æstimum vulgariter dicitur Caputium. d. tract. 12. c. 12. nu. 3.

Per Æstimum bonorum, quod fit ab vniuersitate, taxantur bona iuxta valorem, non iuxta fructus. nu. 11.

Æstimi liber quando faciat fidem ad solutionem gabeliarum. d. c. 12. nu. 14.

Æstimi exactores dicuntur collectores: qui autem taxationem faciunt, dicuntur æstimatores, & per æquatores. d. c. 12. num. 31.

Agitatio Taurorum.

Vide Taurus.

Agnatus.

Agnatus tenetur insinuare agnatum item & cognatum cognatum in medietate bonorum antiquorum, secundum consuetudinem Cuius Neapolis. tract. 13. c. 2. nu. 69.

Agricultura.

Agricultura ne relinquatur, prohiberi potest venatio, si sit in causa ut relinquatur. tract. 12. c. 3. nu. 111.

Alea, Aleator.

Aleam iacere dicitur qui fortunæ periculo se committit. tract. 12. c. 21. nu. 18.

Alea emptio dicitur in iure cum incertus euentus emittit.